



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Vsvra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

V S V R A:

C A S V S I.

Testamē-

tum vxo-
ris publici
Vſurarij.

Virūm per Cap. Quanquam de Vſuris in C. inualidum reddatur testamentum Cai & uxoris Sempronij usurarij publici, quo, relictā prolibus ſuā legitimā, instituit maritum h̄redem, iniunčo ei onere reſtitutionis quæcunque facienda eſſet?

*Vide ſuprā, & alij paſſim docent. Ex p̄dīctis au-
tem votis nullum eſt Sedi Apoſtolicæ reſeru-
atum, p̄tēr votum Caſtitatis perpetuæ: vt col-
ligitur ex Auctoribus citatis: non enim votum
Obedientie, Paupertatis, & Stabilitatis eſt reſer-
uatum, niſi fiat in vera Religione, ſeu in vero
ſtatu Religionis; vt omnes vñanimi conſenſu do-
cent. Atqui Inſtitutum illius domus, non eſt ve-
ra Religion, cūm non ſit pro tali approbatum à
Sede Apoſtolica: quod tamen ad ſtatum Religionis
neceſſarium eſſe, faltem à tempore magni
Concilij Lateranensis ſub Innocentio III. (quod
celebratur eſt circa annum Domini 1215.) patet
ex Decreto eiusdem Concilij, Cap. De nimia.
de Religioſis domibus; & Cap. vnico. §. i. ed-
dem Tit. in 6. ex Conclilio Lugdunensi ſub Gre-
gorio X. ex quibus omnino conſtat h̄c vota reſer-
uata non eſſe, ſed poſſe ab Epifcopo diſpenſari,
vel commutari, p̄tēr votum Caſtitatis.*

*20 Ad hanc
diſpenſa-
tiōnem non
requiriuntur
conſenſus
tertij.*
*Nec obſtat quodd votum obedientie, &
votum inſeruandi inſirmis videatur eſſe in fauorem
tertij, ac proinde non poſſe in eo diſpenſari ſine
conſenſu tertij: Tum quia in caſu Titij h̄c pro-
pofito, de cuius diſmuſione agitur, adefit omnis
conſenſus requiſitus ex parte ipſius domus, &
Superioris eius, vti narratur: Tum quia h̄c vota
non ſunt principaliter in fauorem tertij, ſed
accessoriæ (nam principaliter ſunt Deo ad ani-
mæ ſalutem:) Tum denique quia tota domus,
vti ſuppono, ſub eſt iurisdictione Epifcopi loci, qui
proinde poſteſt tamquam verus Superior hoc ius
remittere, ſicut poterat immeadiatus Superior
ipſius domus.*

*21 Diſpenſa-
tus poſteſt
h̄eri ſacer-
dos ſeculæ
riti.*
*Hinc ſequitur p̄dīctum Epifcopum poſſe
diſpenſare cum ſuprā dicto Titio, vt reličto In-
ſtituto illo & habitu, fiat Sacerdos ſecularis.
Cūm enim poſſit diſpenſare in omnibus votis
p̄dīctis, p̄tēr votum Caſtitatis, poſſet illum
liberare ab omni obligatione, quam habet erga
illam domum ratione ſuorum votorum, ac proinde
vt redeat ad ſtatum & habitum ſeculariem,
ſic tamen vt tenetur ſeruare caſtitatem: & tunc
nihil habet impedimenti quo minus ſine alia di-
ſpenſatione poſſit ad oīas Ordines promoueri.*

*22 Non obſt
quodd vota
p̄tuiturata.
Deus adiuuet,
& omnes Sancti eius, ac proinde du-
plici vinculo ligare: quia Epifcopus poſteſt in iſ-
dem iuramentis diſpenſare. quando enim votum
& iuramentum in eandem materiam cadunt, qui-
cumque poſteſt in votis diſpenſare, poſteſt etiam
in iuramento: Siluester Verbo iuramentum. 5.
quæſt. 3. Dominicus Soto lib. 8. de Iuſtit. qu. 1.
art. 9. Caſtanus 22. quæſt. 89. art. 9. & alij com-
plures, eſtque communior ſententia Doctorum,
& nemo dubitat quin ſaltē Epifcopus poſſit
diſpenſare in votis iuratis.*

*A D huius quæſtionis decisionem: Suppono
Primo, Vſurarij etiam publicum & ma-
nifestum iure naturæ non eſſe intellexibilem, ſeu in-
ſolito iure
vſurarij
publicum
de rebus ſuis testari ſicut quilibet aliū, tranſ-
fuso onere reſtitutionis in h̄redes. Qui libet enim
est arbiter rei ſuæ cuius habet dominium: atqui
vſurarius non ſolū habet dominium ſortis, quā
primò cāpt facere vſuras, ſed etiam ipſarum vſu-
rarum, vt plurimi Doctores tradunt: quod ma-
xime locum habet quando pecunia vſuris partē
uerint cum proprijs permixta; vt communiter
doctores Doctores, & intelligitur aperte ex I. ſi ali-
cū, 78. π. de ſolutionibus, & alijs Iuribus. Similia-
ter acquirit dominii pecunia quī accipit ex vē-
ditio ne pignorū, &c.l. Qui v̄as, in fine π. de furtis.
Itaque ſi ius naturæ ſpectetur, poſteſt de iis di-
ſponere p̄ſertim per testamētu, non minus quā
alij de rebus ſuis: quia onus reſtituendi transit ad
h̄redes, & ita nullū fit prauidicū creditoribus.*

*Suppono Secundō, Inhabilitatem testandi vſu-
rarij eſſe inſlīcatā in p̄caſo ſolo Iure Canonico,
idq; vt reſplicant: ſicut & alia quādam p̄q̄ eō
Hac inha-
dē Iure in eos ſtatutæ ſunt, vt patet Cap. Quanquam
de vſuris in C. Vnde ſicut alia leges humanae per
vſum contrariū, vel etiā per non vſum certi tem-
poris tolli poſtū, & abrogari, ita etiam h̄c, ma-
xime quā parte pœnalis eſt, & hanc inhabilitatem
infligunt. Facillime enim leges humanae abrogātur
quā parte diſpoſitionē pœnale continent; vt innu-
meris exemplis in censuris, irregularitatibus, & in-
habilitatibus oſtēdi poterit, etiā manente legis di-
poſitione quoad actus prohibitos vel præceptos.*

*Suppono Tertiō, Hanc pœnam non habere lo-
cum niſi in vſurarij maniſtis; vt aperte ex d.
Cap. Quanquam colligitur. Vnde non pertinet ad
eos qui maniſtis nō erant, vel maniſtis nō habe-
bantur. Maniſtis dicuntur qui facta, vel iure ſunt no-
toriū eſſe tales. Facto maniſtis & notoriū ſunt, qui
ita palam vſurias exercent, vt nulla tergiuſatione ne-
gari poſtit. Iure yero ſunt maniſtis, qui Iudicis ſen-
tentia de hoc criminis ſunt condenmati: Vel, qui de ſe-
ipſis legitimo iuriſ ordine hoc crimen coram Iudeſe ſunt
confefſi: Vel denique, de quibus id per idoneos reſtes
in iudicio eſt plaus probatum, vt docet Couarruias
lib. 3. variatum cap. 3. n. 4. &c 5. Infamia & ſemi-
probatio non ſufficit, vt idem oſtendit. Imo nec
confefſio extra iudicium coram Parocho & reſtis
bus, vt docet Molina diſput. 333. quia confefſio
extra iudicialeſ non inducit notoriū iuris.*

*His poſtis, tanquam certis & receptissimis, Teſamen-
tis, hoc teſtamentum, de quo agitur, ita
rum caro-
rum, ut
eſt val-
idum, ut
ratione poſſit infringi à prolibus.*

*Conuincitur id Primo: Quia hoc Caput ſolū maniſtis
loquitur de maniſtis vſurarij. Teſtamenta, inquit,*

B* iii manifestis

manifestorum vſurariū aliter facta (nō facta latifac-
tionē nec prælita idonea cautione) nō valeant, sed
sint irrita ipso iure. Atqui vxor vſurarij, de qua est
questio, nō fuit manifestē vſuraria; quia neque ipſa
rectori faetus exercuit, neque de hoc crimine vnu-
quam à Iudice fuit condemnata, aut conuicta, vel
confessa in iudicio. Imò tantum abest ut nororiē
talis fuerit, vt ne infamia quidem huius criminis
laborare videatur: quia passim à suo Pastore viro
docto & probo publicē ad Sacraenta tanquam
honestē vitæ persona admissa fuit. Itaque nisi de
contrario manifestē constet, præsumendum est
illam habitam honestam, neque laborare huius
criminis infamia: quia præsumendum Parochum
debitē functionē suo officio: graui autem sacrilegio
se obstrinxisset, si personam de tali criminis
publicē infamem, ad Sacraenta publicē admisſi-
set: & tamen infamia non sufficit ut irritum sit
testamentum. Multò minùs dici potest illam vni-
fice manifestē vſurariā, quia si multò grauius pecc-
asset Pastor illam ad Sacraenta admittendo, &
meruisset excommunicationē illam tradendo Ec-
clesiasticā sepulturā, per Clementinam de Septul.
Eos qui. Nec potuissent ista fieri sine magno scandalo & obloquio populi.

*Etsi tamen
serit in
faenus ma-
riti.*

Nec obstat quod fortè consenserit ut maritus
faenus exerceret: quia ille consensus non est no-
torius, nec ipsam fecit manifestam vſurariā apud
populum. Similiter non obstat quod fuerit vxor
vſurarij; quia crimen mariti non debet refundi in
vxorem, nisi constet ipsam fuisse in criminis
sociam. Vxor, sociam tori denotat, non criminum
& iniuriarum mariti.

*Testamen-
tum publi-
ci vſurarij
en-
tripli-
causa esse
validum.*

*Ex recō-
latione.*

*2. Ex recō-
fusitudine.*

Secundō, Etiam si publica vſuraria fuisset (quod
tamen nullo modo admittimus) tamen adhuc te-
stamentum eius validum censeri debet, idque
ei vſurarij triplici de causa. Primò, Quia in morte dedit om-
nipotētē en-
tripli-
causa esse
validum.

Secundō, Quia longissimi temporis consuetu-
dine obtentum in hīcē prouincijs ut testamento
vſurariorum, præfertim accedente Principis con-
cessione, valent, ita ut nemo se illis ratione Cap.
Quanquam opponat. Atqui consuetudo habet vim
tollendā legi, etiam Canonice, vt communiter
tradunt Doctores, & aperte colligitur ex Cap.
fin. de Consuetudine, qua de re videatur Couar.
lib. 3, variarum cap. 13. Idque maximē proclive
est quando agitur de lege pœnali, qua parte pœ-
nam statuit: hāc enim ex parte facilius tollitur,
ut suprā nu. 2, dictum est. Quantum autem tem-
poris ad hoc requiratur, disputant Doctores. Sed
omnes consentiunt legem Canonicam, etiam qua
parte dispositiua est, tolli consuetudine 40. anno-
rum: quanto ergo facilius qua parte pœnalis est?
Atqui haec consuetudo est plusquam centum an-
norum, ita ut omnem hominum memoriam su-
peret. Ergo non est dubitandum quin potuerit
pœnale illam constitutionem Capitis Quanquam
abolere.

Tertiō, Quia Principes Belgij legitima præ-

scriptionē videntur sibi iam olim comparasse ius 3. Ex eis
illud quo concedunt priuilegium testandi vſurarij.
Nam plū quam à 150. annis, nempe à tem-
pore Philippi Boni, vbi sunt hoc iure, nemine re-
pugnante, adeò ut testamenta vſurariorum con-
cēſſione Principis (Ottroy vulgo dicunt) facta, habita
fuerint valida. Atqui certum est tanto temporis
vbi potuissent Principem tale ius acquirere, præfer-
tim cūm solū agatur de tollenda quadam inhabi-
tabilitate inducta per legem Canonicam: & Princi-
pi supremo (seposita Ecclesiastice dispositione) iure
Gentium conueniat talis potestas circa suos sub-
ditos. Confirmatur, quia si Principes possunt lon-
gissimi temporis vbi præscribere ius præsentandi
ad quādam beneficia Ecclesiastica (quod ta-
men natura sua est spirituale) & cognoscendi in
plurimis causis quando agitur de posessorio: quā-
to facilius possunt præscribere hoc ius quo suis
subditis concedant potestatem testandi, cūm ius
istud non sit spirituale, sed ipsi principati quodā-
modū annexum. Non videtur itaq; dubitandum
quoniam Principi tale ius per tanti temporis vbi &
possessionem verē sit acquisitum, quamvis anteā
per Ecclesiā ob altiore finem fuerit ademptum
vel suspenſum: ac proinde testamenta vſurario-
rum, quibus ipse priuilegium testandi dederit,
valida erunt, nec ab Ecclesiastico Iudice potuerint
infringi: quia vis dispositionis Cap. Quanquam
quoad hanc partem, tanti temporis vbi contrario,
iam pridem hic encruata est.

C A S V S I I .

*Caia iuncta fuit matrimonio Sempronio, quem vt quis
sciebat publicum vſurarium; & cum eomul-
tis annis vixit.*

*QVAERITVR, Vtrū idcirco Caia in foro ex-
teriori debeat censeri manifesta vſuraria,
& incurriſe penas Iuris statutis Capitulo
Quanquam, De vſuris in 6. & nominatim
panam inualidi testamenti?*

*C*ertum videtur, ob illam causam quod Caia
fuerit vxor Sempronij manifesti vſurarij, nō
posse dici manifestam vſurariam. Primò, quia ma-
trimonium non est societas scelerum, sed officio-
rum ad vitam & procreationem necessiariorum. Vnde sceleris mariti nō possunt ratione matrimoniū
refundi in vxorem, nec contrā; vt per se nouē
est: sed alijude societas scelerum probari debet.
Imò tantum abest ut idcirco vxor censenda sit
manifesta vſuraria, vt vix aliquod leue indicium
seu leuis præsumptio inde sumi queat ad proban-
dum ipsam simpliciter vſurariā fuisse. Itaque hac
in re nulla potest esse dubitatio.

Secundō, In præsenti negotio, nempe ad esse-
tum incurriendi penas Capitis Quanquam. non
sufficit probatio plena in iudicio, quia quis proba-
tur esse vel fuisse absolute vſurarius; sed requiri-
tur probatio talis, quā probetur plenē fuisse vſu-
rarius manifestus; vt docet Baldus l. 1. C. de fa-
cilius pœnali. Quanquam
vt quis sit vſurarius manifestus, vt probetur eum vſur-
arium esse; sed requiri probationem actuum publicē &
palam gestorum super eiusdem criminis exercitio, quod
est valde notandum. Idem docet Bartolus l. Fur.
z. de furtis, Quando queritur, inquit, Vtrū quis
sit manifestus peccator aliquius delicti, non sufficit ve-
facias

faciat semel aut bis illud delictum, sed requiritur ut sit publicè paratus ad illud delictum faciendum; si cuius meretrix in prostibulo, vel vsurarius ad banchum. vt I. Palam, in princ. π. de Ritu nuptiarum &c. Itaque etiam si probari posset Caian aliquando dedisse ad vsuram absente marito, hoc tamen non sufficit ut censeatur publica vsuraria; aut ut testamentum eius censeatur inuidum. Idem diserte docet Couar. lib. 3. Variarum cap. 3. n. 5.

9
Non sufficiat quid post mortem siat manifestum, viuentem fuisse vsurarium.
Tertiò, Pari modo non sufficit ut post mortem incipiat esse manifestum, ipsam ante mortem fuisse vsurariam: sed requiritur ut tempore quo testatur, fuerit manifesta vsuraria. Secùs si ante & post illud pœnituit: aut si ante mortem fuit occultata vsuraria, & post mortem id incipit esse manifestum: tunc enim testamentum valebit. Ita in terminis docet Angelus in quodā Consilio, quod incipit; In causa predicta, &c. Et probat ex d. Cap. Quanquam, vbi dicitur primò, Nullus vsurariorum manifestorum testamentis interfit. vbi aperte loquitur de testamentis eorum, qui tempore factio[n]is testamenti, etant manifesti vsurarij. Secundò dicitur, Testamenta manifestorum vsurariorum alter facta, non valeant, sed sint irrita ipso iure. Quod necessariò intelligendum de testamentis eorum, qui saltem ante mortem manifesti erant vsurarij.

10
Nec quid quis sit in iudicio cōfūsus se simpliciter fuisse vsurarium.
Quattò, Imò non satis est ad incurandas pœnas Capitis Quanquam, ut quis in iudicio confessus sit se vsurarium fuisse simpliciter, aut vsuras exercuisse: quia etsi talis confessio in genere sufficiat ad effectum, ut quis post confessionem censeatur vsurarius manifestus, id est, manifestatus & publicatus, & ut puniatur per sententiam Iudicis pœnā pecuniariā, vel alia per leges iustè statuta, non tantum ut dicatur manifestus ratione manifesti exercitij & negotij: quod tamē requiritur ad pœnas cap. Quanquam. Ita diserte Couar. lib. 3. Variarum cap. 3. n. 5. & probat optimā ratione: quia aliquo[rum] sequeretur eum qui semel & occulte ad vsuram dedit, & id in iudicio confessus est, grauissimis illius Capitis pœnis teneri: quod à ratione alienum est, & contra mentem Ecclesiæ & præc. Itaque etsi confessio in iudicio & sententia Iudicis dicantur inducere notorium Iuris, ut docet Glossa 2. q. 1. Can. Manif. Nauar. Enchir. cap. 25. n. 73. & cap. 27. n. 25. & alij: tamē ad pœnas Capitis Quanquam non sufficit, nec facit tamē modo manifestum, qualis ibi requiritur.

Nec sufficit infamia.
Quintò, Neque etiam infamia sufficit, ut omnes Doctores fatentur. Fama enim non facit rem manifestam, ita ut nulla tergiuersatione queat negari; sed solum mouet suspicione[n]. Vnde etiam ad alias pœnas inferendas, quæ non postulant crimen manifestum, non sufficit, sed requirit alia administrula, quæ per se probent plusquam semplicem; ut docet Couar. suprà n. 4.

11
*Frequen-
tatio Sacra
mentorum
arguit al-
quem non
esse publicè
Vsurarium*
Sextò, Tantum vero abest ut prædicta Caia manifeste fuerit vsuraria, dum viueret, ut ne quidem infamia huius criminis laboras videatur. Si enim infamia laboravit, quomodo eius Parochus, vir doctus & probus, eam tanquam proba feminam publicè ad Sacramenta admisit? quomodo eam publicè ad altare comparentem, non repulit? Graui profecto sacrilegio se obstrinxisset, & magnam scandali dedisser occasionem populo, si personam publicè de tali criminis infamie, ad Sacramenta admisisset. Atquinulo modo presumendum, Parochum tali criminis se voluisse

contaminare: ac proinde non potest presumi eam tali infamia laborasse, nisi id manifeste constet. Quod si ne infamia quidem laboravit, multò minus potest dici illam manifeste talem fuisse. Idem confirmatur ex eo, quod cum Caia esset mortua, eti initio ob suspicionem aliquam motam Capitulo Canoniconum negata fuerit ad aliquot dies sepultura sacra, postea tamen est admissa; nimis rū re melius discussa & suspicione abstersa. quod ipsum firmissimum argumentum est, illam non fuisse manifestam vsurariam. alioqui grauissime Capitulum peccasset illam ad sepulturam admittendo, ut patet Clementina Eos qui de sepult. vbi infligitur excommunicatio ei, qui manifestum vsurarium Ecclesiastica sepultura tradiderit.

Denique ut quis dicatur manifestus vsurarius iuxta mentem Capitis Quanquam, requiritur ut ratione manifesti & publici exercitij, & actuum vsuræ ita id clarum & perspicuum sit, ut nulla tergiuersatione negari queat: ut optimè docet Couar. suprà. Hoc autem locum non habet in nostro casu. Imò etiam hoc nomen accipiatur latius, ut extendat se etiam ad confessos, & conuictos in iudicio, & ad eos qui per sententiam de crimine damnati, sicuti multi alij Doctores accipiunt, ut Silvester V. vsura 9. & alij Summis: nihilominus huc locum non habet; quia Caia nō fuit vñquam confessa in iudicio, quod vsuras exerceret, nec conuicta de eo, multò minùs ea de re damnata.

Ob has & alias rationes, quæ adduci possent, omnino concludendum videtur Caiam non esse manifestam vsurariā censendam, nec pœnas Cap. Quanquam, nominatim quoad testamenti irritacionem, in ea locum habere.

CASVS III.

Tutores & præfecti Camerae pupillorum cogunt pupillares pecunias dare sanori ad rationem 8. vel 10. in 100. *Pecunia data ad Vsuram.*

QUÆRITVR, Virum id licet facere possint?

R Espondeo, Tutores & præfecti Camerae pupillorum coacti pupillare pecuniam sanori dare ad rationem 8. vel 10. in centenarium, possunt excusari per triplicem contractum si contrahant cum mercatore, & expressè vel implicitè triplicem illum contractum intendant.

Nec refert, quod in illis locis vsuræ putentur licita ab hæreticis Magistribus qui id præcipiunt: quia hi id non præcipiunt in contemptum Religionis vel fidei: sed quia id putant non esse iniquum, præcipiunt tanquam vtile pupillis. Et sane reditus ibi longè pluris valent, quam huc similiter etiam lucrum cum mercatore pluris ibi valet.

Si contrahant cum non mercatore, poterunt excusari ratione interesse: quia à mercatore tandem habere facili negotio poterant. Vide supra Verbo Census, Casum 3. 4. 5. & Verbo Mutuum, Casum 4.

CASVS IV.

Titius dedit bonam summam pecunia vsurario bona fide publico, Episcopo sciente, putans id licere: sub lucro accipit 8. pro 100. Postea intelligit id illi- 8. in 100. citum esse.

B * ivij QVÆR.

Mutuare
Vsurario

QVAERITVR Prīmō, *An pecuniam illam posſit aliquantisper relinquere donec tuō eam posſit recuperare; alioquin enim periculum eſt ne vel totam, vel magnam partem amittat?*

QVAERITVR Secundō, *An posſit retinere lucrum quod percepit bonaſide?*

14

AD Prīmō: Respondeo, Titum tutam cōscientia posſe relinquere pecuniam suam ad tempus apud Vſurarium, ſi anteā non potest eam fine periculo notabilis danni repeteret. Ratio eſt, quia non eſt per ſe malum mutuare vel relinquere pecuniam suam vſurario, modō id non fiat animo iuuandi illum in vſuris exercendis; vel ob aliud malum finem, qui ſi antē fuit, facile potest intentione mutatā tolli. Confirmatur, Quia ille nemini facit iniuriam: Non Vſurario, quia hic optat illum habere; non etiam ijs qui ad vſuram pertunt, quia hi optant Vſurariū habere multas pecunias.

Ad Secundō: Respondeo, Titum teneri ad reſtitutionem lucri percepti ab vſurario, niſi aliquam ſpeciem iuſti contractus explicitē vel impli- citē cum illo interit; vt per ſe patet: quia alioquin caret titulo iusto. Certum autem eſt non poſſe accipere titulo mutui vel depositi, neque titulo contractus ſocietatis iunctō contractui aſſecrationis capitalis, & lucri certi minoris pro maiore incerto; quia negotiatio vſuraria quam exercet vſurarius eſt per ſeniusta, nec, vllū lucrum parit.

Solū videntur hīc duo tituli poſſe interuenire: alter eſt donationis, alter lucri ceſſantis. Titulus donationis vix potest præsumi; nam vſurarius non censetur facile donare. Si tamen eſſet diues, & ob commoditatem perceptam ex alterius pecunia, expreſſe diceret ſi donare animo repondē gratitudinis, non cogerer ad reſtitutionem: quia vſurarius habet dominium ſu- rum pecuniarum, & bona ipsius non ſunt hypothecata ratione vſurariū. Titulus autem lucri ceſſantis hīc locum habere potest, ſi ille, priuſquam pecuniam vſurario mutuaret, animū habebat illam applicandi ad iustum aliquod lucrum per mercaturam, vel emptionem reditus &c; & mutuatio facta vſurario cauſa fuit cur illud propositum non fit executus: tunc enim mutuatio eſt cauſa lucri ceſſantis.

Mutuare
vſurario
titulo lu-
cri ceſſantiſ,
12. in
100.

C A S V S V.

An licet ei qui dat Vſurario mutuum, aliquid exigere titulo lucri ceſſantiſ, maximē ſi vſu- rarius offerat 12. pro 100. veletiam 16.

16
Mutuare
vſurario
finē cauſa,
ſolū iuſ-
tū lucri
ceſſantiſ,
eſt pec-
catum.

REſpondeo & Dico Prīmō, Mutuare Vſurario cum paſto ſarcidi lucri ceſſantis, ſpeciem habet mali, eſtque offenditum populi; & ſi fiat fine cauſa, eſt peccatum. Primo, Quia quiſque ex charitate tenetur impediare peccatum proximi ſui quantum commodi potest: atqui hīc commode potest impediare peccata vſurarij, ſaltem ex parte; & non impedit. Secundo, Quia videntur tales cum vſurario conſpirare, cumque in ſuis vſuris vele iuuare præbendo instrumenta. Vnde etiā ſimplex mutuatio ipſi facta fine paſto lucri, non censetur honesta.

17

Dico Secundō, Hoc tamen peccatum quod

committitur quando fine cauſa quis ei mutuum Non eſt dat cum paſto de lucro ceſſante, non obligat ad *men obli-*
gat ad re-
bus ipſe ad vſuram dedit, ſi illa mutuatio cauſa
fuit lucri ceſſantiſ; & ſpes lucri reuerā tanti æſti- mata. Probatur, Quia neque ex officio teneba- tur impedire vſurarium ne daret illam pecuniam ad vſuras: neque ita censetur iuuare vt ſit cauſa damni mutuarij. Cuius ſignū eſt quod nullus illorum aliiſtim ſibi fieri iniuriā, per illam mu- tuationem: Nam omnes qui petunt ab ipſo, op- tant illum pecunij abundare.

Dixi, ſi mutuatio cauſa fuit lucri ceſſantiſ: quia alioqui titulus lucri ceſſantiſ locum non habet. Quod vero ſpes lucri, tanti debuerit reuerā æſti- mari, quantum exigit, Patet, quia in omni tali contraſtu hoc eſt neceſſarium, alioquin non fer- uaret æqualitas.

Dices, Vſurarius ſoluendo pro lucro ceſſante 18
12. in 100. fit impotens ad reſtituendum omnibus *Si vſu-*
rius per
hoc inter-
quibus debet: ergo qui accepit 12. ab illo, tene-
tur reſtituere.

Reſpondeo Prīmō, Non ſemper eſt certum quod fiat impotentior ad ſoluendum: multi enim ſunt valde diuites, ita vt duplo vel triplo amplius habeant, quād debeant ratione vſuraram.

Reſpondeo Secundō, Etiamsi fieret impoten- *Quidſe-*
tor ad reſtituendum, iſi tamē qui contrahit cum
illo titulo oneroſo, non tenetur ad reſtituendum;
ſi id ignorauit. Quod si id ſciuit, adhuc non te-
netur niſi à creditoriſbus ipſius exigitur: ſolū
enim datur illis aſcio reſcilloria, vt reſcindant cō-
traſtum, quatenus per illiſ ſuſtactuſ eſt impotentior,
vt que exigit illud lucrum. vt colligunt ex Cap.
Quo in fraudem creditoriſ. Lege vltima. Et ſſ. co-
dem Tit. I. r. cum ſeq. & I. vltima. Quod si cre-
ditores vſurarij ab illo nihil exigit, ad nihil te-
netur: nam vſurarius eſt dominus rerum ſuarū,
& potest de illis diſponere maximē per contractus
*oneroſos, & etiam gratuítos (præterquam in vlti-*mo* voluntatiſbus) & conſequenter dominum*
transfere; neque creditoriſ illius ius habent in
illis, niſi personale, id eſt, quād iuare apud ipſum
ſunt: Niſi quatenus ius poſtuum diſpoſuit de
aſcio reſcilloria cauſa ſuprā dicto.

Dico Tertiō, Poſita neceſſitate reſtituendi (que tamē non eſt ponenda, niſi plus accepert quād ſpes lucri ceſſantiſ estimata fuerit; vel niſi agant creditores vſurarij aſcio reſcilloria; vel ali- quod ſtatutum particulaře alicuius loci, quod nō facienda puto, omnes tales contractus cum vſurario irri- reddat) tenetur reſtituere vſurario: ab illo enim accepit. Id autem quod ab aliquo iniuſtū accepit eſt, reſtituendum eſt ei, a quo accepit. Si tamen velit, potest reſtituere ijs quibus vſu- rarius debet. Nam qui ſoluit creditori ſuſtē- *vol eius*
creditoriſ
erit, liberatur a ſuo creditori; quia tranſiert in ſe
buſ.

Et qui tenetur ex charitate reſtituere creditori- bus vſurarij; quando nimurum ſunt pauperes, & credibile eſt quod vſurarius illis nunquam reſtituet, & ille nihil timet incommodi ab vſurario.

Dico Quartō, Si aliqua iuſta cauſa ſubſit mu- *Mutuare*
vſurario
cum iuſta
cauſa, eſt pecca-
tum.

Neque

Neque refert quod petat compensationem lucri cessantis: quia potest illud petere quando revera subest iustus titulus exigendi. Neque ideo mutuare usurario sine causa malum est, quia ab eo exigitur compensatio lucri cessantis; sed quia per mutationem praebetur instrumentum dandi ad usuram, vt dictum. Vnde non minus malum est gratis ei mutuare, quam cum luero.

*Commodi-
tati iusti
lucrari non
est suffi-
ciens causa
mutuandi
vjuratio.*

Dices, Semper erit iusta causa mutuandi cum lucro; quia ipsa commoditas iusti lucri quae suffertur, erit sufficiens causa.

Respondeo Negando quod assumitur: Cum enim non possit pro mutuo exigere quidquam nisi ratione lucri cessantis, nec possit plus exigere quam valeat illa spes lucri; deberet potius prosequi negotiationem honestam, quam sperabat magnum lucrum, quam illa reliqua mutuare usurario: Nisi alia quaedam grauis causa intercedat: v.g. Si amitteret amicitiam alterius qui potens est, vel, si abeo sibi timeret.

CASVS VI.

Tributū
ab usur-
ario acce-
ptum.

*Vsurae
lucrari
licet im-
ponitur
tributum.*

Princeps consuetum tributum ab usurario pen-
di solitum auxit ad ter mille florenos, quos in
honorarium dedit Titio.

Quæritur, An Titius veleins heros tene-
tur ad predictam summam restitucionem?

Solutio pendet ex duabus. Prius est: Vtrum Princeps tantum possit exigere ab usurario. Non enim potest exigere per modum pecunæ, cum usuræ Iure Civili communi & passim prouinciali permittantur. Sed si potest exigere, potest per modum tributi sive pacti vel potius pretij pro immunitate & licentiâ, sicut exigere potest à meretricibus & Iudeis &c. quod tributum, non facile quis dixerit, esse iniquum, cum ubique serè exigitur, & Principes iam illud usucapione præscripserint. Credibile quoque est iustas causas illius augendi subfuisse; præsertim cum hoc tempore plurimum lucrentur. Neque idcirco usuras augeri puto, quia illæ passim sunt taxatae; nimis etiæ solvatur pro singulis heddomadibus octava pars astis in singulos florenos, quod excrescit ferè ad 33. in 100. quotannis &c; neque existimo permitti ut amplius exigant, cum exacto anno fiat venditio pignoris, nisi redimatur; & quod supererat sortem & usuras, domino non restituatur.

Alterum est, Vtrum usurarius per hanc solutionem non sit redditus impotens ad soluendum creditoribus. Non enim potest tantum exigere ut sit impotens solutionis prius debita; vt per se patet.

*Quid in
causa sua-
dens Titio.*

Ex his colligi potest Responsio: Cum enim præsumendum sit Principem iuste exigere illud tributum, ob causas dictas, quamdiu de contrario non constat; neque usurarius videatur per solutionem 3000. florenorum factus impotens restitucionis, non est Titius aut eius heres obligandus in conscientia ad restitucionem dictori 3000. sed potest ea retinere. Quamvis laudabilius esset, si ea, quae ab usurario accipiuntur, in causas pias expenderentur; quia plerumque omnia illorum sunt obnoxia restitucionis. Si tamen in particulari non constet, non est obligatio imponenda.

CASVS VII. & VIII.

§. 1.

*Titius officialis super officio suo summam pecu-
nia accipit à Sempronio, ob quam hic in so-
cietatem officij admittitur, ut proportione
ad summam a se collatam, partem fructuum
quotannis usque ad mortem suam natura-
lem recipiat. Ad vitandas contentiones, rum.
qua ob fructuum percipiendorum incerti-
tudinem oriri possent, transigant ut Titius
pensionem 12. in 100. quotannis soluat,
anticipando ante singula semestria pen-
sionem semestris secuturi, sive sex in 100. sic
vt si quando id non præstiterit, possit Sem-
pronius exigere ut sortem totam Titius in-
tra dies quindecim refundat.*

Contrac-
tus usu-
rarius in
societate
officio-

§. 2.

*Titius officium suum Menio dat mutuum, sive
elocat ad hunc solum effectum, ut Menius
super illo summam aliquam pecunia accipiat
à Sempronio, hunc admittens in societatem,
non cum Titio, cui officium suum non gra-
tatum restituatur, sed secum, quoad officium
illud, quod ex consensu Titij in contractu
pro forma producitur. Deinde pro parte fru-
ctuum que Sempronio ex talis officio proue-
nire posset, similiter spondet pensionem an-
nuam 12. in centum usque ad mortem
Sempronij naturalem, soluendam anticipa-
tè ante singula semestria per representa-
tionem 6. in 100. sic ut quando Menius
id non præstiterit, eum cogere possit Sem-
pronius ad sortem intra dies 15. refun-
dandum.*

Quæritur, An utrobique Sempronius in-
tinerit contractum usurarium?

A d hunc casum difficile est solidam dare responsum, eo quod species facti non sit fatis distinctè explicata. Nam Primo non explicatur an extinguatur obligatio soluenda pensionis si Titius officio priuetsur, vel moriatur; an vero hæredes debeant continuare solutionem usque ad mortem Sempronij, vel donec alio modo contractus debite dissoluatur. quod puto seruari in praxi. Secundò, an tunc debeat fors restituui Sempronio; an vero hæredes Titij illam lucrentur. quamvis putem seruari ut restituatur. Tertiò, quod si facta anticipata solutione contingat Sempronij violenta morte defungi, utrum ius ipsius transiret ad hæredes, an vero Titius lucretur sortem. sed dictum mihi est eo eventu ius Sempronij transire ad hæredes, & ipsis sortem esse restituendam, nisi contractus continuetur. Quaràdò utrum Sempronius possit recusare anticipatam solutionem, quam Titius initio cuiusque semestris facit, & tunc repeteret sortem, ita ut Titius teneatur eam elapsis 15. diebus repræsen-
tare, dicitur mihi posse recusare, & tunc repeteret sortem.

*Species fa-
cti non sa-
pis bie ex-
pliatur.*

sortem. quod si verum est, conditio illa est valde dura. Quinto, Vtrum inceptu huius quartæ conditionis sit soluenda pensio pro rata vñq; ad diem quo refunditur sors ipsa. Hæc omnia ad exactam resolutionem deberent esse cognita. Nihilominus respondebimus secundum illa quæ verisimilius putantur adesse. quod vt faciamus :

24. Adferenda primùm illa ob qua hic contractus videri possit iniquus : quorum Primum sit, quod hic non videatur vera societas, sed facta ; ac proinde non substat species contractus quæ supponitur : quod sanè contractum efficit valde suspectum. Non esse veram societatem, Probatur : quia contractus societatis requirit rem aliquam communem & indissolubilim, qui communiter possideatur, cuiusque fructus sint communitez, vt patet in varijs societatum generibus, vt in societate matrimonij, in qua est communio omnium bonorum; in societate mercaturæ, in quâ est communio fortis quæ mercimonij impenditur; in societate animalium, in qua est communio animalium, que pro rata & aliquota parte pertinent ad singulos socios; in societate agriculturæ, in qua est communio agrorum, vel laborum, vel expensarum. Societas enim lucrativa requirit vt singuli sociorum aliquid in commune, veluti suam symbolam conferant, ex quo aliquis fructus in commune proueniat, postea in singulos, pro rata symbola collatae (sive es sit pecunia, sive labor ac industria) dividendus. Atqui hic nihil tale apparet : quia officium illud non fit commune, præsertim in secunda forma contractus, cum Mæius mutatur illud à Titio. nam Sempronius non efficit socius Titij in possessione illius officij, nec quidquam illi est negotij cum Titio officiali, sed solum cum Mævio, cui nihil iuris est in officio Titij : nam officium illud solum in contractum productetur pro formâ, vt dicatur in specie facti, id est, ad palliandum contractum honesto societatis nomine. Itaque manifestum est nullam ibi esse veram societatem.

25. Secundo, Etiamsi admitteremus hic contractum societatis, nihilominus non videretur posse excusari ab iniustitia : nam in societate non anticipatur solutio fructuum, cum sit contra naturam societatis vt socio debeantur fructus priusquam sint nati. Atqui hinc anticipatur solutio: nam in principio semestris soluendi sunt fructus, qui nondum extant, quos nimur officium decursu illius semestris lucrabitur. Nec satisfacit, si dicas, hunc contractum potius habere formam census vitalis, quam societatis : quia etiam in censibus iniquum est obligare ad solutionem pensionis initio cuiusque anni vel semestris spaci. Ratio est, quia si tibi dem ad censem vel ad societatem censem aureos, & obligem te vt statim soluas mihi pensionem vel fructum 6. aurorum pro primo semestri, reuerà non do tibi 100. sed solum 94. nam ex centum repete 6. nihil est aliud quæ dare 94. quare iniquum est si postea repetens formam exigam 100. & iniquum est velle vt mihi statim soluatur pensio manente sorte 100. auctorum.

26. Tertio, In censibus vitalibus non est restituenda sors, sed extinguitur, & manet debitoris, moriente illo super cuius vitâ est censu talis constitutus: sicut patet ex vñ Prouinciarum & ex Doctribus, qui hac de re tractant. Atqui hic sors

multis casibus non extinguitur, sed salua manet creditori: quod videtur iniquum & contra iustum æqualitatem. Si enim est æqualitas cum fors non est restituenda, sed manet debitoris & extinguitur morte; certe non potest esse æqualitas quando est certis eventis restituenda.

Quarto, In censibus, in quibus dantur 16. in singula, fors non potest repeti, quia id usuram sapit, vt communiter D D. tradunt: atqui hic potest fors repeti, cum tamen non dentur nisi 8. in singula: ergo hic contractus sapit usuram.

Pro Responsione : Notandum est, non esse hic aliquem contractum unicum, qui possit dici contractus societatis, aut census, vt iuxta naturam illius possit decidi, sed multiplicem & ex multis pactis accessorijs constitutum.

Et quidem in priore formâ in quâ Sempronius tractat cum Titio officiali, prior contractus est societatis, si reuerà officium fiat commune. Sicut enim ab initio poterant officium communiter emere, ita vt esset utriusque pro ratâ, quamvis ab uno tantum administretur; ita etiam quando ab uno solo emptum est & possedium, potest alius in partem admitti sive gratis, sive pretio: & ille efficietur particeps lucri, iuxta conventionem initam. Si autem officium non fiat commune, sed Sempronius tantum admittatur ad ius fructuum, sic non est propriè contractus societatis, sicut neque cum alijs fructus ab indiuisio à pluribus emuntur, aut possidentur; sed emptio rei indiuisæ pro parte aliquotâ incerta. Potest tamen dici societas, quatenus emptor efficit socius venditoris in ordine ad dominium & divisionem fructuum illorum, sed parui interest quo nomine vocetur, modò de re constet. Certum autem est hunc contractum esse licitum, modò seruetur æqualitas.

Alter contractus quo ad vitandas alterationes divisionis, paciscuntur de 12. in centum &c. videatur contractus commutationis iuris ad lucrum incertum, cum iure ad lucrum certū, vel venditionis lucri incerti, pro certo, adiectis certis pactiunculis & conditionibus. Hic etiam contractus iustus esse potest, modò seruetur æqualitas, ita vt onera illa quæ imponuntur præfertim debitori, ritè compensentur; & lucrum illud incertum spes eius, iudicio prudentum tanti valeat quanti obligatio illa annue soluendi 12. in 100. cum certis oneribus. Si enim spes illa lucri incerti ex officio percipiendi, non tanti valet iudicio prudentum, contractus est iniquus, neque ex hoc capite potest iustificari. Sed tunc videndum esset alia ratione iustificari nequeat, v. g. per modum censu vitalitij. Et sanè crediderim in praxi paru curari, Vtrum lucrum incertum tanti valeat, sed solum id quærti vt habeantur 12. in centum. Unde non videtur hic esse vera societas, aut verum ius ad fructus officij pro ratâ pretij: sed solum emptio censu vitalis, sive personalis tantum; sive partim realis, partim personalis. De cuius iustitia,

Dico Primo, Si debitor solvens annue 12. pro Prior contractus ex censu, si creditor non posse repetere sorte, non video cur hic contractus non possit admitti. Nulla enim appetit inæqualitas. Quod repete confirmo: quia censu vitales quibus solvuntur 12. cum dimidio in centum quotannis, consitui solent in alijs locis etiam ad duorum vitam. Atqui hoc onus (quamvis fors non possit repeti) non

non videtur minus graue, immo grauius, quam onus soluendi 12. in centum dicto modo anticipatè ad vitam vnius cum potestate impediendi repetitionem sortis: onus enim soluendi ad duas vitas grauius videtur, quam onus soluendi ad unam tantum anticipatè, si sic possit impedire repetitionem sortis.

Nec obstat quod fors possit repeti, vel in aliam vitam transferri possit contractus, si non solueris pensionem anticipatè; quia id tuæ negligentiæ imputandum est. poteras enim præuenire & impeditre.

Ad Primum argumentum suprà positum quantum huic propositioni repugnat, dicendum est: Parùm referre ad iustitiam contractus quo nomine vocari debeat, aut quà formâ celebretur, modo in ea inueniatur equalitas inter ea quæ conseruntur à partibus, hic autē videtur servari æqualitas. Obligatio enim soluendi 12. in 100 anticipatè modo supradicto ad vitam creditoris, non videtur pluris valere, quam 100. etiamsi creditor quibusdam casibus ius repetendæ sortis habeat.

Ad Secundum: Verum est in simplici contratu societatis vel census non posse peti anticipatam solutionem: potest tamen id fieri in composite, vbi peculiari pacto ita stipulatur, & debita fit compensatio, sicut in præsenti negotio; vt ostensum est.

Ad Tertium & Quartum: Hęc argumenta potissimum vrgent. Sed dicendum, Quando census vitalis constituitur ad duas vitas, non posse sortem villo modo repeti: secūs, cūm ad unam tantum. Nam hoc tantum minuit onus debitoris, quantum illa potestas quibusdam casibus repetendi, illud augeat; præsertim cūm ipse diligentiā suā possit impidre ne repeatatur.

Dico Secundo, Si debitor soluendo anticipatè non possit impidre quo minus creditor possit repetere sortem, difficile est hunc contractum excusare ab iniuitate, immo & ab usura. Probatur ptimò, quia accipit lucrum ex pecunia sua, salua sorte, & ius illud sortis repetenda non compensatur peculiari pretio: ergo est inæqualitas: cumque fors salua maneat, videtur esse tantum mutatio; ac consequenter lucrum illud accipietur ratione mutationis. Vnde erit usurarium lucru. Nec obstat quod in quibusdam casibus fors amittatur creditori; quia illi casus facile ab ipso possunt impidiri ne eueniant. Neque usurarius publicus excusaretur ab usuris, etiamsi similes quosdam casus ponent in contractu quibus fors ipsi periret: nam illud periculū patui æstimatur, cūm facile impidiri queat. Fator tamen excusari posse si totum niteretur vero contractu societatis, & ius Sempronij ad fructus incertos iudicio prudentum tanti valerer, quanti totum illud onus quod subit Titius, nempe quantum obligatio illa soluendi anticipatè prædictam pensionem, & peri-

27
Responde
tur argu
mentis
suprà
alios.

28
Non posse
excusari
si possit
creditor
sortem re
petere.

culum restituendæ sortis. Si autem ius illud non tanti valeat, aut Sempronius non habeat verum ius ad fructus officij pro rata summa collata, totum reuoluitur ad rationem census vitalis, in quo fors non potest repeti; vt ex Bulla Pij V. & alijs DD. constat, saltem non ita quin creditor id possit suā diligentiā impidre, vt suprà dictum est, quo casu etiam illud ius est compensandum, vel alia ratione onus creditoris leuantum.

Quod ad alteram formam attinet, in qua non Titius officialis, sed amicus eius Mætius tractat Examinatur postea
Examina
tur poster
ior con
tractus.
Sempronio, & ab eo accipit 100. super officio Titij, cuius officij nomen & titulum ei Titius veluti equum meritorum elocat: certum est nullam hęc esse societatem; sed singi duntaxat, forte propter Bullam Pij. V. qua vetat constitui census nisi super re aliquę fructifera, & hic contractus habeat speciem census; vel vt imago vſuræ obuetur. Itaque ad examinandum iustitiam illius, nulla est habenda ratio officij, aut fructuum eius, aut quantum officiū sit gravatum, vel alijs ad similes contractus elocatum. Hęc enim omnia impertinentia sunt ad veram huius contractus qualitatē, cūm officium solum ad formam & speciem quādam externam adhibeatur.

Quo posito: Manifestum est hęc solum esse contractum census vitalis personalis adiectis quibusdam conditionibus & pactiunculis limitantibus: cuius iustitiam difficile est statuere si creditori, quandocunque libuerit, fas est recusare anticipatam solutionem, & runc repetere sortem, hoc enim onus valde est graue & contra naturā census. Si enim in censu perpetuo redimibili ex parte venditoris, vbi in singula dantur 16. non potest emptor repetere pretium, quanto minus poterit in vitali, vbi in singula dantur solum 8. quiq̄ morte deberet extingui: accedit, quod tantum onus non videatur compensari. Itaque non satis apparet qua ratione hic contractus ab improbitate usurarii possit excusari.

Vna sola ratio videri possit, si dicatur posse emi censum perpetuum redimibilem ex parte venditoris pretio 100. in 10. & pretio 10. in singulos, quae excusat fit in Sicilia. Cur non possit emi vitalis pretio 100. in 12. seruato iure repetendæ sortis; cūm quibusdam casibus debitor possit sortem lucrari, & creditor illam amittere? Ponamus enim Mætium debere Sempronio censum perpetuum 10. aureorum, qui non possit extingui nisi restituta sorte 100. aureorum: & Sempronium offerre Mætio hanc conditionem, vt iste redditus commutetur in vitalem, ita tamen ut soluat 12. in 100. & det ius repetendæ sortis, & ipse Mætius certis eventis possit lucrari sortem, non videbitur adeò dura hęc commutatio. sed meo iudicio dura est. Vnde non ausim hunc contractum approbare, nisi pleniore informatione de re tota accepta.

30
Ratio alia
satoris.

F I N I S.

I N D E X